


NOVVS COMMENTARIVS
FRANCISCI HOTOMANI IV
RISCONSULTI DE ACTIONIBVS.

Libro institutionum Imperialium quarto.



ARGVMENTVM.

Actionis definitio, eiusdemque summa & bipartita diuisio, vt alia in personam sit aduersus eos, qui ex contractu delictive obligati sunt: alia in rem aduersus eos, quibus nullo iure obligatis rei alicuius controuersia mouetur. l. 51. & 25. De oblig. & acti.

Vperest, vt de actionibus loquamur. Actio autem nihil aliud est, quam ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur. Omnium autem actionum, quibus inter aliquos apud iudices arbitro sue, de quacunque re queritur, summa diuisio in duo genera diducitur: aut enim in rem sunt, aut in personam. Namque agit unusquisque, aut cum eo, qui ei obligatus est, vel ex contractu, vel ex maleficio: quo casu prodite sunt actiones in personam, per quas intendit aduersarium ei dare, aut facere oportere, & alius quibusdam modis. Aut cum eo agit, qui nullo iure ei obligatus est, mouet tamen illi de aliqua re controuersiam: quo casu prodite actiones in rem sunt: veluti si rem corporalem possideat quis, quam Titius suam esse affirmet: possessor autem dominum eius se esse dicat: nam si Titius suam esse intendat, in rem actio est.

SVMARIA.

- 1 Actiois definitio, & vnde dicta sit.
- 2 Actiois nomen alter in iure quam in aliis artibus accipitur.
- 3 Actio vulgo pro formula & conceptione verborum.
- 4 Duplex formula persequendi aliquens in iudicio, & quid proprie actio dicatur.
- 5 Actio secundum Ciceronem.
- 6 Actiois vera interpretatio & exempli ex Cicerone. Postulare & exposulare.
- 7 Actoris apud Praetorem verba solennia.
- 8 Praetor dat formulam actionis in iudicio.
- 9 Praetoris exceptionibus multae excluduntur actiones.
- 10 Ius est potestas a Praetore. In persequentiibus formularum conceptio non obseruatur.
- 11 Actiois multiplex definitio.

- 12 Personalis actio.
- 13 Bonorum possessio & ius persequendi differunt.
- 14 Actiois vis.
- 15 Ius persequendi varium. In iure a Praetore dantur actiones, in iudicio apud Recuperatores. In iure & in iudicio differunt.
- 16 Praetor dabat olim recuperatores, apud quos actor & reus causam suam exponebant.
- 17 In actionis diffinitione prima quid deest. Debit verbum omnem omnino actionem comprehendit.
- 18 Actio plus est, quam persequitio.
- 19 Ius quid, & vnde appellatum.
- 20 Agere olim alterius nomine non licuit.
- 21 Procurator quis dicatur secundum Ciceronem.
- 22 Actiones apud quos exercentur.
- 23 Arbitri & iudicis differentia.
- 24 Praetor dat potestatem arbitro.
- 25 Actionum bipartita diuisio.
- 26 Actiones mixtae praetermissae in diuisione Ulpianus.
- 27 Actiones in personam, & in rem, & quare sic appellentur & nu. 28. Actiois in rem definitio & quibus datur.
- 29 Personalis actio cum eo qui nullo iure nobis obligatus est.
- 30 Iurisconsulti actionum formulas conscriebant.
- 31 Intendere verbum vnde.
- 32 Stipulationes quomodo diuiduntur.
- 33 Quando non fieri, sed dari nobis petimus.
- 34 Dandi, Tradendi, Restituendi, & Reddendi verba.
- 35 Agi in rem non potest ex causa obligationis.
- 36 Actiones in rem ad quod instituta.
- 37 Petitorium iudicium quid comprehendat.



Ius persequendi in iudicio. Enuntiatio i. ius persequendi iudicio quod sibi debetur, actio dicitur. l. nihil aliud, si. D. de oblig. & act. & l. 6. in fin. D. de negot. gest. vbi Iulianus ait, eum qui actionem non habet, facultatem iudicio aliquem conueniendi non habere. Quod quod planius intelligi possit, rem omnem aliam, atque a capite repetendam existimamus. Actio cum ab agendo dicta sit, generali significatione, quicquid omnino agi